



De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||
Ex Egregiis Manvscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm
in lucem prodiêre

Complectens Santos Mensivm || Ianvarii Et Febrvarii

Surius, Laurentius

Coloniae Agrippinae, 1576-

VD16 S 10258

De S. Tryphone martyre.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77365](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77365)

SANCTI MARTYRIS TRYPHONIS VITA,

Authore Simeone Metaphraſte.

V M Dominus & Deus & Seruator noster Iesu Christus, ^{1. FEBRVAR.} postquam Deus & homo ad homines adueniſſet, & tertio die à mortuis surrexiſſet, & ad patrē cum gloria eſſet aſſum-
ptus, in diſcipulos effudiſſit ſpiritu ſanctū, & eos diuina ^{A. 2.} cognitione impleuit & virtute, ex eius plenitudine accepit vniuersa terra, & omnes homines fuerunt particeps doni, quod ex eo emanabat: & liberati quidem ſunt à tenebris ^{Mundus ad ignorantia & cultū ſimulacrorum: vera autem luci Dei Deum con-} cognitionis euasē familiareſ. Nam cùm non ſecūs ac di- uina & luce micantia fulgura, per omnes fines percurrētes, & non paruam adferentes illuminationem, egressi eſſent Apostoli, corum qui videbāt, iuſtriatos oculos, ne momento quidem temporis mox ſi- verunt ſedere in tenebris. Alius autem aliam orbis partem fortiti, cùm omnem gen- tem, regionem & ciuitatem ſibi diſtribuiſſent, eis iniecerunt veram ſcintillam veritatis, Quæ paulatim per eos, qui apti erant, accenſa, in claram & ſublimem euasit facem.

Hoc principium cùm accepiffet fides, ad tantum proceſſit ſplendorem, ut consum- ptis proſundis tenebris ignorantia, in diuinæ lucis ſtatū omnia tranſmutauerit. Huius poſt Apoſtolas cauſæ & authores fuere diuini martyres: qui cùm velut ſemen lucis ab eis accepiffent, deinde tanquam violentis ventis traditi tentatoribus, id non ſolū non orbem totū extinxerunt illatis iniurijs, ſed etiam varijs tormentis effetti clariores, iſpi quidem tan- quam lucida ſidera, deceterò ſunt collocati in celi firmamento, quod percipitur intel- ligentia. Illinc autem clarissimè refulgentes, terra vniuerſe lucem prebent. Ex hiſ vnuſ eſt etiam beatus Tryphon, qui à diuinis & in quaſ non eadit interitus, delicijs nomen ſortiſ, frugiferum germen horti deliciarum. Qui ē Phrygia quidem priuūm fuit edi- ^{Martyres} tus, viro vero Campafe, qui eſt vicinus ciuitati Apameæ. A pijs autem parentibus or- patria. tus magis pius filius, ab ineunte ætate viſus eſt Deo adeo eſſe gratus, vt iudicatus ſit ido- neus ad ministrandas operationes ſpiritū. Quamobrem varij quidem morbi fugiebant Claret mi- à corporibus: dēmoniorum vero vniuersa hominibus infesta natura, ſolo nomine Try- raculis, phonis flagellata, vel potiū vta virtute eius, qui in eo erat, ſpiritū, fugabatur quidem ab hominibus, abigebatur autem in intima dei penetralia. Atque omnia quidem re- tensere miracula, que ab eo facta ſunt, non eſt præſentis temporis. Cūm vnius autem in preſentia fecero mentionem, per quod gratia, quæ in eo erat, virtus poſſit eſſe euidens, ad martyrium preclaris athletæ me conferam.

Anno 225. poſt Auguſti mortem, Gordianus accipit ſceptra Romani imperij, vir qui- dem gentilis religione, ſed Christianis non adeo gratius. Non enim is, ſicut reliqui, mo- uit perſecutionem aduersus Christianos. Ei naſcitur vnicā filia, corporis quidem ſpecie & pulchritudine inſignis, ingenio autem & intelligentia foeminas, quæ erant ſuo tem- pore, ſuperans: neque vlli cedebat in doctrina literarum. Quocirca magnoperè con- debant parentes, vt eam integrā & illę ſam conſeruarent. Primos vero ciuitatis, qui eam ambiebant, magna vrebant: ipsa autem in munitis locis clauſa, diligenter & tutò cuſtodiebatur. Vt vero à ciuitate Romanorū sanctus cognoveretur Tryphon, vel potiū ut Christus in eo laudaretur, repente execrandum dēmonium dictam Cęſa- ^{Filia Gor- ris filiam inuadens, eam impudenter vexabat, affidū discerpebat, in aquam & ignem diani Au- proiecibat, & omni ratione eius vix inſidiabatur. Atque dubitabant quidem omnes fa- guſti arri- pientur à dæ- monie,} ſerabilem, non valentes autem ei omnino opem ferre. Animo vero anxius erat pater, af- fectioni nuſquam vllum inueniens auxilium: tristis erat, egrè ſerebat, tabescerat, donèc ipſe malus ſpiritus, maiori ſcilicet potestate coactus, ſuum inuocabat expulſorem: ſu- um quidem percuſſorem, puellæ autem, quæ ab eo vexabatur, appellabat curatorem. Nisi, inquit, acceſſerit Tryphon, puellam non ceſſabo terrere: ab ea non recedam, niſi video adueniſſe Tryphonem.

Protinus ergo iuſis excuntibus Imperatorijs, miſſisque frequentibus literis, vni- uero autem orbe terra ferè percurſo ad inquirendum Tryphonem: & multis quidem mul-

multis è locis emissis ad eos euocādos, qui hoc appellarentur nomine, nihil autem valentibus efficere, peruenit etiam ad partes Phrygiæ hęc inquisitio. Significatur deinde is, qui quęritur, agere in vico Campfade: inuenitur propter paludem lacūs, qui est situs prope eum locum, anserum curam gerens. Confessus autem is, qui quęrebatur, se esse Tryphonem, statim quidem transmittitur per eos, qui ipsum inuenerunt, ad Praefectos Pompeianū & Potestatum. Ipsi verò cùm cum equis publicis protinus imposuerint, textatum. Romam transmiserunt ad Imperatorem. Atque ille quidem iter rectè confecit: agebat Nota q̄at̄. autem tunc ferè etatis annū decimumseptimum. Malignus verò spiritus cùm eius sensisset aduentum, tunc grauit̄ vexabat, & per puellam effruescebat: & sēp̄ ciuilans clamabat se non posse amplius eius corpore vti habitaculo: prop̄ enim adesse, qui potenti manu eum expellat. Adhuc enim, inquit, tres dies, & accedit Tryphon, qui in nos accepit potestatem. Cùm sic multū clamasset, & eam discerp̄isset, exiit.

Tertio verò die ab excessu dæmonis, Romam quidem venit sanctus, adducitur autem repente ad Gordianum. Quem cùm lubenter exceperint, agnouit eum esse, qui Gordianam suam filiam curauerat, ex aduentu coniijens præfixum terminum trium dierum. Vt res verò esset certior & euidentior, rogabat vt dæmonem oculis videndum produceret, & eum interrogaret. Sex itaque dies ieunio & intensis ad Dominum nostrum precib⁹ ob⁹. Iesum Christum vir sanctus vacans precibus, illucescente septimo, iam desuper maiorem & validiorē aduersus dæmones consequitur potestatem. Nam cùm nox quidem procū abesseret, sol autem suis radijs in terra subridet, aderat quidem Imperator, aderant omnes satellites & qui eius parebant imperio, ab eo petentes, vt viderent aliquid admirabile. Diuinus autem Tryphon cùm esset plenus diuino spiritu, in ipso verò immundum quoquę illum spiritum intueretur intelligentia: Tibi dico, inquit, in nomine Iesu Christi, appāre ijs, qui adiūnt, & eis ostende tuam turpitudinem & imbecillitatem. Simulatq̄ autem hoc dixisset, ecc̄ tanquam canis adspēctū deformis, niger colore, oculos habens tanquam ignē emittentes, & caput humī defixum, coram omnibus apparuit.

Cui, qui precatus fuerat, Dei seruus: Dic, inquit, execrande, quis te misit? Quis permisit, vt hanc inuaderes adolescentulam: & quomodo cùm sis talis, nempe tenebrosus & imbecillus, & plenus omni probro & dedecore, adeò audes contemptui habere & vexare, quod factum est ad Dei imaginem? Dæmon autem respondens, Mittor, inquit, à meo patre. Dicebat verò esse sibi patrem, authorem & causam malorum, qui etiam appellatur satan, & ab eo iussum esse hanc puellam torquere. Et quānam est ei potestas, rursus dicit Tryphon: malitia, inquam, principi aduersus fragmentum, quod constituit omnipotens bonitas & muniit sancto spiritu? Ille autem canis, etiam si nollet, diuina tamen quadam operatione vera respondit omnibus audientibus: Nos nullam habemus potestatem in eos, qui sunt pīj in Deum omnipotētem, & in eius Christum, pro quo Petrus & Paulus hīc prēclarum suscep̄ere martyrium. Eos verò reuerentes fugeremus, nisi nobis esset permīssum aliqui extrinsecus leuem aliquam adferre tentationem. In

In quos ob⁹. cos autem omnīō vires nobis vigent, & in eos tyrannidem obtinemus, qui suo animi tineat virē. proposito se & tantur opera, quā sunt nobis grata. Maximè verò grata nobis opera sunt, cultus simulacrorum, blasphemia, adulterium, veneficium, inuidia, cēdes, superbia. Per hęc enim & quā ca consequuntur, homines sua sponte nobis effectū familiares, suis factis tanquam laqueis implicantur: & ab eius quidem, qui ipsos fecit, alienantur bonitate: illaqueantur autē nostris maleficijs. Cùm hęc ab eo dicentur, Imperator & omnes qui aderant, his auditis, repleti sunt horrore & admiratione. Et multi quidem ex infidelibus, Christo statim crediderunt: fideles autem stabiliti & testimonio inimici magis confirmati, regi gloriæ laudem emiserunt & gloriam. Increpatus verò ille immūdus & scleratus dæmon, protinus evanuit ex oculis.

Cæsar autē hoc beneficio affectus, & valde ea admiratus, cùm plurimis donis & honoribus beatum Tryphonem esset prosecutus, cura suorum Praefectorum cum suis reflectuit. Atque quęcumque quidem ex his ad eum redierunt, in via distribuit pauperibus: ipse verò cùm domū venisset, consueta fidei sequens opera, & vacās beneficio afficiens ijs, qui laborabant, erēctam solūm habebat mentem ad brauium supernæ vocacionis. Cùm autem decēsisset Gordianus, Philippusque execrandus & impius ei succelisset in imperio, & ipse quoquę citō fuisset interficiens in bello aduersus Troglodytas, Decius

Decius post eum renunciatur, vir crudelis & animo impudens, & feruens quidem furore circa simulacra: rabie autem intolerabili ab inhabitate in ipso demone motus aduer- Deciana p.
sus eos, qui nolebant eis sacrificare. Fuit vero hoc graue bellum aduersus Christianos, secutio.
Non enim parabantur arma aduersus alienigenas, non tela & lanceae, non rhomphaea &
gladius vibrabantur aduersus eos, qui faciebant iniuriā: sed rotæ & catapulte, vnguesq;
ferre & peñines, & omne genus suppliciorum comparabatur aduersus innocentes.
Vnum autem in eos crimen intendebatur, nempe in Deum sanctitas. Cum ergo illuc Crimē Chri-
multa erumperet confusio, dicebat se videre, veluti quodam, quod intelligentia percipi-
tur, ventilabro purgari aream Domini. Quicunque enim leuitate mentis & strami-
nus cogitationibus, verbum fidei videbatur suscepisse, iij perinde ac vi ventorum ven-
tilati tentationibus, reseruabantur igni, qui non extinguitur. Qui autem recta senten-
tia & animo stabili adhucabantur veritati, iij iniurijs & afflictionibus inflammati, cum suę
fidei probationem Deo & hominibus ostendissent, in horrea cœlestia, tanquam purum
frumentum, recondebantur.

Cum hęc sic fierent, & vehementer vrgeret persecutio, defertur Tryphon ad Prefectum Orientis. Aquilinus autem tunc gerebat Prefecti magistratum. Ad eum ergo de- nomen de-
fertur, quod vir quidam Apameensis, genere non ignobilis, doctrina exultus, arte me-
dicus, Augustos valde despicit: & magnos quidem deos subsannat, Christum autem so-
lum Deum annunciat. & ea ratione fieri, ut multi decipientur à verborum eius magni-
ficentia. Statim ergo emisit literas & edicta cum minis vehementibus ad loci illius ma-
gistratus, ut eum, qui quereretur, maxima celeritate ad eum adduceret. Fieri vero non
poterat, ut preclaras fidei lucerna in sordido loco lucens lateret. Cum ergo audiisset
se queri à persecutoribus, non recedit in solitudines, non densos & inculos obicit mon-
tes: sed cum precibus & orationibus se in Christo munisset, alaci animo accedit ad
eos, qui quererant, & ad Aquilinum cum magno gaudio & prompto animi studio, qui
tunc agebat Nicæ, statim mittitur per milites cohortis. Cum ergo ei statim excelsum s̄istitur co-
creatum fuisset tribunal, honesteq; & decorè cum circumstetissent satellites, dixit P. Pom. ram pfecto.
peianus scribarius maximi ordinis: Qui Apamea à Frontone legato ad vestram misericordiam
est magnificentiam, adebet ad purissimum tribunal vestra potestatis. Aquilinus Prefectus
dixit: Qui adebet, primū dicat nomen, patriam, fortunam, deinde religionem. Dixit S.
Tryphon: Mihi nomen est Tryphon: Patria, vicus Campsades, vicinus ciuitati Apamee. Preclaras ei-
Fortuna autem apud nos nec est, nec dicitur, qui Dei prouidentia, serieque & ordine usus confessio,
ineffabili sapientia omnia fieri credimus: non autem à fortuito, & qui sit preter ratio-
nem, concursu astrorū & à casu statuimus pendere ortum hominis. Sum vero liber mo-
ribus & vita educatione, vni soli Christo seruiens. Christus enim est mihi religio, Chri-
stus mihi gloria, & corona gloriationis.

Dixit Prefectus: Existimo te in hodiernum usque diem nondum cognouisse iussum
Augusti, qui iussit quenuis hominem, qui hoc nomine se iactat, & ad deos colendos est
durus, tradi morti violenta, & te remoue à tali deceptione, nè igni tradaris. Dixit san-
ctus Tryphon: Vtinam mihi liceat & igne & omnibus tormentis consumi pro nomine Contemnit
Iesu Christi Domini mei & Dei. Dixit Prefectus: O Tryphon, suadeo ut dijs sacrificies. supplicia
Video enim præter aratem corporis, te quoquè perfetum sensum animi ostendere, nec
per deos volo te male mori. Dixit sanctus Tryphon: Perfecutum habebo sensum, si Deo
meo perfectam obtulero confessionem, & pulchrum depositum, nempe in ipsum fidem,
eam non negando conseruans, me ab omni reprehensione vacuum & integrum sacrificium
obtulero Christo, qui fuit pro me sacrificatus. Dixit Prefectus: Igni tradam tuum Tribus ho-
corpus, & acerbiissimis supplicijs consumam tuam animam. Dixit sanctus Tryphon: Mihi
minaris signem, qui extinguitur, & simul deletur cum ea quæ accedit materia, cuius fi-
nis est cinis. Ego autem eum, qui non potest extingui, & est æternus, contrà minor im-
pijs. Recede, inquit, à rebus vanis, & cognosce eum, qui est verè Deus: nè, si forte illius
ignis feceris periculum, te malorum poeniteat. Hęc cum audisset Aquilinus, & ira fu-
isset percitus, iubet eum suspensum cedi.

Cum primū ergo prolatu fuisset sententia, beatus Tryphon cum vestem exuisset,
& venerandum illud & pulchrum corpus prompto & alaci animo tradidisset licto-
ribus, in ligno suspenditur, & manibus ponè circumactis vincitur. Cum ipse autem Tribus ho-
tribus horis cederetur, & animum quidem firmum & stabilem & inuulnerabilem Chri-
sto

sto ostenderet, silentio vero plaga tanquam alio paciente sustineret, dicit Praefectus Aquilinus: Poeniteat te, o Tryphon, huius importunae amentiae, & profitere te diis esse sacrificaturum. Nemo enim resistit edicto Imperatoris, qui non acerbè & violenter ex hac vita excesserit. Dixit sanctus Tryphon: Ego quoquè tibi dico: Nemo qui regem cęspoder Praefest lestem Christum negavit, vitam eternam consequetur: sed transmititur ad ignē aeternum, & qui non potest extingui. Dixit Praefectus: Rex celestis non est alias nisi magnus Iupiter, Saturni & Rhea filius. Is est pater hominumque defunctorum: cui qui non paruerint, minimè possunt vivere. Cui tu quoquè debes parere, ut dignus cęfearis vita iucundissima. Dixit sanctus Tryphon: Similes fiant loui deo tuo, qui eum pro deo colunt, & omnes qui confidunt in eo. Quem dicunt quidem primū fuisse præstigiatorem hominem & sceleratum ac perniciosum, patremque cuiusuis nefariaz actionis & impietatis. Post eius autem deceplum, aureas & argenteas statuas ei erigentes, qui fecerunt similia opera de decoris, deum pronunciārunt, suæ libidinis & intemperantiae afferentes excusationem, quod is in deos sit relatus. Idem modus cernitur etiam in alijs, qui falso vocantur dij. Sic vos falsam multis retrò seculis datam sequentes traditionem, inanimæ materiae & surda cultum impie tribuitis, Deū viuum negligentes, qui celum firmauit, terram super aquas stabilij, aërem effudit: & cum rebus omnibus creatis formam dedisset, hominem dominum in ipsis postea formatum constituit. Cuius decepti à maligno serpente, & innumerabilibus trācti erroribus & exitijs, Deus Verbum misertus, homo fieri voluit, & nobis simili forma suscepit, in ea in crucem actus & sepultus, cum tertio die resurrexisset, & in celos est assumptus, sedet ad dexteram maiestatis in excelsum, donec quęcumque res est creata, eum agnoscat: & sic è celis cum diuina virtute & gloria appārens, reddet vnicuique conuenienter suis actionibus. Hic est Deus deorum, rex regum, & iudex viuorum & mortuorum. Qui autem à vobis dij existimantur, sunt aeterni ignis somites cum ijs, qui ipsos colunt.

Hec cum diceret beatus Tryphon, Aquilinus summo furore percitus, eum quidem iubet de ligno deponi, se autem sequi vincitum, ex euntem ad venationem. Licebat ergo videre acerbissimum tormentum infligi martyri. Nam plantæ pedum eius distumperbantur, quæ non solùm in nuda obijciebantur frigori hyemis intolerabili, sed etiam conculcabantur equorum pedibus: carnes autem ei dilacerate, per terram dispergabantur. Martyr vero semper ad Dominum intuens, dum in eo foueretur & recrearetur, non ægrè ferebat dolorē, psallens: Perfice Domine gressus meos in semitis tuis, ut nō comoueantur gressus mei. Et rursus: Gressus meos dirige secundum eloquium tuum, & non dominetur mei omnis iniurias: & quæ deinceps sequuntur. Preter hec emittebat etiam voces primi martyris, dicens: Domine, nè statuas eis hoc peccatum. Cum à venatione autem serò redissent, dicit Aquilinus accersito martyre: Nuncne tādēm, o miser, tibi perfusisti sapienti vti ratiocinatione & dijs sacrificare, an adhuc pristina teneris infania? Dicit sanctus Tryphon: Cum rationis expertis infanția & imprudentia sis ipse plenus, à diaboli offusa tibi temulentia non potes respiscere, & adorare creatorem viuorum. Ego autem sapienti vtor ratiocinatione, non recedens ab ea, quæ dat salutem, veritatem. Dicit Aquilinus Praefectus: Nunc redeat in carcерem, & referuetur ad alteram examinationem. Fortè cum fuerit solus, se admonebit, ut desistat ab hac mala persuasione. Cum sic dixisset, ad finitimas regiones est profectus.

Cum autem aliquot dies intercessissent, veniens rursus Nicream, & sedes in tribunali, sistendum curauit sanctum Tryphonem, & dixit: Num te prolixitas temporis admonuit, ut parcas Imperatoribus & supplex procidas dijs seruatoribus? Cui dixit sanctus martyr: Deus meus & Dominus Iesus Christus, cui pura mente seruio, admonēs admonuit & confirmauit, ut immutabilem & immobilem in eum fidem tenebam. Quamobrem eum solum ut verum regem & Deum attendo: tuam autem infelicitatem & tui Imperatoris despicio arrogantiā, & corum, quæ à vobis coluntur, auerſor vanitatem. Dicit iudex: Acutis clavis eius pedes perforate, & verberatum per medium ciuitatem exiguntur. Cum diu autem ageretur sanctus, & sanguis dispergeretur, & labores intenderentur, & temporis asperitas exhiberet molestiam, (erat enim vigor hyemis) inflexiblem & iniustus mansit cogitatione. Nam ante se Christum præuidens, & considerans beatitudinem, quæ sanctis est reposita, perinde acsi essent rotantes imbris stillæ, sustinuit vel niue densiora supplicia.

His

Gene. 1.
Gene. 3.

Acerbissimum S. Tryphonis superplicium.

Psalm. 16. Psalm. 118. Acto. 7.

Martyr vero semper ad Dominum intuens, dum in eo foueretur & recrearetur, non ægrè ferebat dolorē, psallens: Perfice Domine gressus meos in semitis tuis, ut nō comoueantur gressus mei. Et rursus: Gressus meos dirige secundum eloquium tuum, & non dominetur mei omnis iniurias: & quæ deinceps sequuntur. Preter hec emittebat etiam voces primi martyris, dicens: Domine, nè statuas eis hoc peccatum. Cum à venatione autem serò redissent, dicit Aquilinus accersito martyre: Nuncne tādēm, o miser, tibi perfusisti sapienti vti ratiocinatione & dijs sacrificare, an adhuc pristina teneris infania? Dicit sanctus Tryphon: Cum rationis expertis infanția & imprudentia sis ipse plenus, à diaboli offusa tibi temulentia non potes respiscere, & adorare creatorem viuorum. Ego autem sapienti vtor ratiocinatione, non recedens ab ea, quæ dat salutem, veritatem. Dicit Aquilinus Praefectus: Nunc redeat in carcерem, & referuetur ad alteram examinationem. Fortè cum fuerit solus, se admonebit, ut desistat ab hac mala persuasione. Cum sic dixisset, ad finitimas regiones est profectus.

Cum autem aliquot dies intercessissent, veniens rursus Nicream, & sedes in tribunali, sistendum curauit sanctum Tryphonem, & dixit: Num te prolixitas temporis admonuit, ut parcas Imperatoribus & supplex procidas dijs seruatoribus? Cui dixit sanctus martyr: Deus meus & Dominus Iesus Christus, cui pura mente seruio, admonēs admonuit & confirmauit, ut immutabilem & immobilem in eum fidem tenebam. Quamobrem eum solum ut verum regem & Deum attendo: tuam autem infelicitatem & tui Imperatoris despicio arrogantiā, & corum, quæ à vobis coluntur, auerſor vanitatem. Dicit iudex: Acutis clavis eius pedes perforate, & verberatum per medium ciuitatem exiguntur. Cum diu autem ageretur sanctus, & sanguis dispergeretur, & labores intenderentur, & temporis asperitas exhiberet molestiam, (erat enim vigor hyemis) inflexiblem & iniustus mansit cogitatione. Nam ante se Christum præuidens, & considerans beatitudinem, quæ sanctis est reposita, perinde acsi essent rotantes imbris stillæ, sustinuit vel niue densiora supplicia.

His autem valde obstupes factus Aquilinus, Quousquè, inquit, ô Tryphon, non senti es tormenta? Quousquè te non tanget dolorum acerbitas? Sanctus verò Tryphon respondit: Quousquè tu nō intelliges virtutem Christi, quæ in me manet? Quousquè non defines tentare spiritum sanctum? Miser, nondūm sensisti in uictam esse Christi potentiam? Tunc ira repletus impius, iubet eum circumactis vlnis verberari virgis, deinde eius flagellatur lateribus adhiberi facies ignis. Cùm ergò cum magna vehementia hęc ei insigere ntur & admittur, tormenta, diuinus quidam splendor cum repente illuistrans & circumfulgens, diuinamq; & omni ex parte pulchram coronam florentem gemmis præbens, stupore quidem afficit eos, qui de ipso habebant questionem, (qui quidem putabant eum torqueri) cùm hoc magnum & quod naturam lögè superat, vidissent miraculum: & effecit, vt præ stupore iij in terram caderent. Christi autem martyr, à superis aduenisse expertus defensionem, impletus fidutia & exultatione, Deo confitebatur, dicens: Domine, ago tibi gratias, quod non reliquisti me in manibus inimicorum: sed obumbrasti super caput meum in die belli, & dediti mihi protectionem salutis, & dextera tua suscepit me. Et nunc Domine, rogo te, ad sis mihi perpetuò, confirmans & defendens, & dignare me perfectè & sine ulla offensione decertare hoc pulchrum certamen confessionis, vt etiam corona iustitiae dignus habeat cum omnibus, qui tuum nomen sanctum dilexerunt: Quoniam solus es glorificatus in secula, Amen.

Rursus autem execrandus ille iudex accersens athletam, & velut adulari præ se ferens: Blanditas Sacrifica, dicebat, ô Tryphon, magno Ioui, & adora imaginem Cesaris, & ego te dimittam maximis honoribus affectum & muneribus. Sanctus Tryphon subridēs, dixit: Si illum ipsum Augustum despexi, & à ratione aliena eius iussa respui, inanimam eius imaginem, humana arte & coloribus formatam, adorabo? Absit! De loue verò & alijs tuis, qui falso nomine dicuntur dij, interroga eos, qui inter vos se iactant de sapientia, qui quod ex ijs, quæ de ijs dicuntur fabulis, ijs qui sapiunt, apparet turpe, conantur effugere, louem quidem dicunt aethera, Iunonem autem aërem, & Cererem terram, & Neptunum quidem mare, Apollinem verò solem, & lunam Dianam nominarunt. Idem mihi videntur Mercurium quidem orationem, Martem autem iram, & Venerem cupiditatem dicere per allegoriam. Et sic vnamquaq; mundi partem, quinetiam ipsos anima habitus simulacra constituentes, & vniuersorū quidem opificem insanè relinquentes, rem autem creatam magis quam creatorem colentes, nō solum ipsi à recta sententia excidentes, ad animæ interitum ferimini præcipites, sed nos etiam contenditis attrahere, vt si mis participes ciuidem barathri & exitij: sed prædam dolosi minimè assequemini, nec eos qui vere sperauerunt in solum Deum fortē & viuum, à recta mente abducentes, vana simulacra attēdere persuadebitis. Admiratus est, hęc verba audiēs Aquilinus; valde magna autem repletus acerbitate, cum rursus cedi, & per omnem contumeliam flagris iussit verberari: Vt, inquit, consumatur anima eius arrogantia. Cùm is gris valde verò cedere tur, & per omnem contumeliam flagris verberaretur, eadem erat ei stabilitas. Quo magis autem remittebatur robur corporis plagiis intolerabilibus, eo magis cordis confirmata constantia, præclariorē ostendebat fortitudinem.

Cùm ergò vidisset Prefectus se ea aggredi, quæ fieri non poterant, sic tulit sententiā: Tryphon Apameensis, qui repugnauit iussi Imperatoris, neque dijs voluit sacrificare, post multa inficta tormenta, capite lat poenas. Statim ergò milites cùm eū eduxissent ē ciuitate, adducunt in locum, in quo illud venerandum & Deo charissimum caput volebant amputare. Sanctus autem martyr stans ad Oriētem, vocem suam extulit, & sic orauit: Domine Deus deorum, rex regum, sancte sanctorum, ago tibi gratias, quod me dignum censueris, qui hoc certamen peragarem citra reprehensionem: & nunc rogo te, nē me tangat improba & insidiosa manus inimici, neque me trahat ad profundum interitus, sed per sanctos angelos magnificæ tuæ gloria, in dilecta tabernacula & in desiderabilem & immaculatam tuam introducens hereditatem, suscipe in pace animam. Omnibus autem qui tui famuli meminerint, & in meam gratiam tibi sacrificia offerre voluerint, attende ex venerando tuo habitaculo, ex cælo sancto tuo, copiosa & ab interitu aliena eis contrā remittens beneficia: Quoniam es solus bonus, & largitor bonum in secula seculorum.

Hęc cùm orāset athleta, & Deum adorāset, antequam feriretur gladio, tradidit animam. Qui autem Nicream cōcurrerant fratres, mundis sindonibus & varijs aromatibus exiit è corpore.

sanc*t*i martyris venerandas ad sepeliendum componentes reliquias, volebant quidem eas recondere, vt essent custodes sua ciuitatis: Sanctus vero apparet in somnis, iussit eas transferre in suum vicum, nempe Campadem, quod eti*a* fecerunt. Sic beatus Tryphon a teneris vnguiculis Deo consecratus, cum multos quidem ad Christi fidem adduxisset, multos autem morbos hominum curasse: plurima vero post haec tormentorum & suppliciorum genera pro veritate pertulisset, redimitus fuit corona incorruptionis: Ad gloriam patris & filij & spiritus sancti, Nunc & semper & in secula seculorum, Amen.

**AMPHILOCHII EPISCOPI ICONII HOMILIA
IN PURIFICATIONEM DEI GENITRICIS MARIAE,
in Annam Prophetissam, & Simeonem.**

2. FEBRVAR.
Vide Vir.
ginitatis
commen-
dationem
egregiam.

Gen*e*. 3.

Isa. 8.

Luc. 2.

Exod. 3.
Num. 8.



Vlti quidem non vulgares, sed viri summi atque praestantes, Virginitatem admiratione magna prosequuntur: idq*ue* non immerito faciunt, cum vere sit admirabilis, vt angelorum naturae cognata*rum* & eundem cursum sibi proponens, quem & naturae illa incorpore*rum* propositum habent: Ecclesia sancta lampadem gestans, vt mundum superans, vt affectus & perturbationes carnis conculcans, vt appetitum refrenans, vt cum Eva non communicas, vt a dolore ac tristitia liberata, vt castitati adhucrens, vt a gemitis redempta*rum*, quippe quae condemnationis sententiam non admisit, quae ait: In dolore paries filios, & conuersio tua ad virum: &

sab viri potestate eris. Vere igitur Virginitas ipsa est admirabilis, vt possessio quedam a seruitute libera, vt germen nunquam exarescens, sed semper vires ac florens, vt vita institutio insignis, vt exercitationis & vita laudabilis ornamentum, vt humano habitu superior, vt corporeis affectibus pura*rum*, vt denique una cum sponso Christo in thalamum regni celestis ingrediens. Virginitas igitur multiplex gloria talis tantaque est, cui hec & his similia conueniunt.

Vide eti*a* matrimoni*rum* & nuptiarum encomium.

At Nuptiae honorata*rum* etiam sunt, & quois terrestri dono superiores, & secundum arboris similitudinem pra*se* ferentes. Est enim coniugium ipsum tanquam planta quedam pulcherrima, ex qua Virginitas ipsa nascitur, & rationalia animata*rum* que germinantur. Est, inquam, coniugium ipsum benedictio illa, qua mundus crevit, & generis instauratio facta est, per ipsum enim natura humana reparata fuit: quam cum Dominus suscepisset, diuinam imaginem renouauit. Tale denique coniugium est, vt vniuersum genus humanum continat, & cum illo versetur, ita vt liberè possit dicere: Ecce ego & pueri, quos dedit mihi Deus. Cum ergo tam eximium sit coniugium, quid Virginitas erit, coniugi*rum* flos? Non enim ex alia re, quam ex coniugio Virginitas dignatur.

Hac autem cum dicimus, inter Virginitatem & Nuptias contentio nem aut pugnam non introducimus, sed utriusque bona, vt par est, admiramus, quandoquidem tam coniugii, quam Virginitatis curam habet Dominus ipse, qui non alterum alteri, tanquam in trutina, opponit, sed facit, vt in utraque parte Dei timor adsit. Nam si pietas absit & Dei timor, neque Virginitas ipsa veneranda, neque Nuptiae sunt honorata*rum*. Hac antequam Euagelica*rum* lectionis explanationem aggrediamur, dixisse volui, propter id, quod in lege quidem scriptum, sed gratiae tempore confirmatum est, ab vniuersis expectatum, sed in solo Domino completum est. Dico primogenitum fructum illum Maria*rum* Virginis. Audisti enim Euageliam paulo ante dicentem: Postquam consummati sunt dies octo, vt circuncideretur puer, vocatum est nomen eius Iesus, quod vocatum est ab angelo, priusquam in utero conciperetur. Et postquam impleti sunt dies purgationis eius, tulerunt illum in Hierusalem, vt susterent cum Domino, sicut scriptum est in lege Domini: Quia omne masculinum adaperiens vuluam, sanctum Domino vocabitur.

Audistin*e* coniugi*rum* benedictionem? Id communiter quidem dictum est de omnibus, sed in solo Domino perfectum. Quod enim scriptura dicit: Omne masculinum adaperiens vuluam, sanctum Domino vocabitur*rum*, ad solum Dominum Iesum referunt, non ad aliud.